UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Divus Sebastianus Eberspergæ Boiorum Propitius, Seu Cultus Eiusdem Gloriosi Martyris à Prima Loci Fundatione Ad Nostra Usque Tempora Propagatus, Et Nunc Publicæ Luci Datus

Widl, Adam

Monachij

§. VI. Adálbero II. frater Udalrici Eberspergensis, Monasterij Kûebacensis ad Barum fluvium fundator. Udalscalcus alter frater, ejusdem restaurator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37233

Visual Library

§. VI.

ADALBERO II. FRATER UDALRICI EBERSPERGENSIS, MONASTERII KUEBACENSIS AD BARUM FLUVIUM FUNDATOR. UDALSCALCUS ALTER FRATER EIUSDEM RESTAURATOR.

Laus Semptenſium Comitum.

HAbet generoſus Sanguis plerúmque aliquid de Firmamento ſibi nativum, ut, quemadmodùm illud innumeris ſtellis ſcintillat, ita iſte pluribus Illuſtribus Heroibus fulgeat. Quandóque integra familia tota quanta bona & pura eſt, nullâ generis ſui maculâ infuſcata. Talis huc úſque Semptenſium Comitum fuit, ſpeciali Numinis ut ita dicam, Privilegio úſque adeò felix, ut nullum infamem recenſeret, aut generis ſui probrum. Omnes pii, plerique etiam in DEUM liberales, & integrorum Cœnobiorum fundatores

extitêre, quorum in numero ta
noſtræ tabulæ, quàm præclari Hiſto
rici Wigulæus, Hundius, Gewold
& Brunnerus collocant gemin
fratres Adalberônem, ſeu Alber
nem II & Udalſcalcum, opum ſ
rum ſanctè prodigos.

Küebachii Fundatores.

Jacet haud procul Baro fluvi
Aicham inter, & Schrobenhula
Urbes Bavariæ ferè medium Kü
bachium, vicus inter Bojos no
ignobilis. Hîc loco peramœn
Adálbero Comes Monaſteriũ con
ſtruxit in honorem S. Magni, u
ait Gewoldus *in aucta Metropoli Wi
gulæi Hundii Tomo 2. fol. 247.* in eo
que Sacratas Deo Virgines ſub Re
gula S. Benedicti & Scholaſticæ con
ſtituit, ratus, Semprenſe Aurum
nuſpiam meliùs ſplendere, quam i
templis, nullibi divitias rectiùs col
locari quâm in Sacris Religioſorum
ædibus divino cultui deſtinatis, i
quibus vita â mortalibus ducit
ſupra mortales, Angelis proxima

i

in ſumma corporis caſtimonia, & animi ſupra res terrenas eminentia. Extat Henrici Regis diploma Confirmationis dicti Monaſterii datum ſignatúmque Reginoburgi VI. Calend. Julii Anno M.XI. quo gratiæ & Privilegia Adalberôni Comiti, ipſíque Monaſterio juxta Regulam D. Benedicti facta continentur.

Porrò Adálbero Comes (qui tunc Germaniæ Principum laudabilis ardor erat Terram ſanctam inviſendi) cùm & ipſe ſacro magnete tractus eò trajeciſſet, inde poſtmodùm redux in itinere morte occupatus fatis conceſſit, quaſi Legatione Salutis ritè peractâ. Eo fatali nuntio accepto Alberadis Comitiſſa Adalberônis Conjux repentino, ut fit, mœrore perculſa & ipſa obiit. Superſtes verò optimorum parentum filia unica Wilibirgis, ſeu Wilburgis appellata, Sponſum Chriſtum ſecuta in eodem Monaſterio, nuntio ſeculo remiſſo, monialem induit, &

Mors Adalberônis.

ſubinde in Abbatiſſam electa v
tam Religioſiſſimè clauſit, hono
fico cum Matre Mauſolæo condit
quod antiqui carminis rudem, pr
ea ferebant tempora, inſcription
exhibet.

Incendium Monaſterii. Interea verò cùm Adálbero
Palæſtina ageret, dictum Mona
rium incendio correptum conſe
in cineres, quod Udalſcalcus Ad
berônis frater à præcelſis cog
tionibus nec ipſe degener, ex
ſto ſuo attollere, pulchrum ac fr
ternum ratus, poſtmodùm c
Uxore ſua Wittelspachia ſumpt
ſuis reſtauravit. quo Anno ve
Udalſcalcus cum ſua in vivis e
deſiêrit, monumentis noſtris co
ſignatum non reperio, unáque le
ctorem ad citatum Gewoldum r
mitto, qui Bruſchium halluci
tum, ſcitè oſtendit, & Sempræ C
mitibus loci fundationem
aſſerit.